

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Fortitudo r  
cum fonte primo

Sicut continens uita labor,  
perseuerancia et agonum certamina faciunt  
unumquemque uirum uirtutis appellari,  
sic econtra uita remissa,  
negligens et ignara facit uirum ignauie iudicari.

Origenes super librum Numerorum omelia XXV.

Sicut autem uita continens et abstinentiae labor  
atque agonum certamina faciunt  
unumquemque uirum uirtutis appellari,  
ita e contrario remissa uita ac  
neglegens et ignaua facit uirum ignauiae appellari.

Origenes, *In Numeros homeliae*, 25 (SC 461,  
L. Doutreleau ed., p.210, ll.276-279).